

Henrici commendatoris de Niessewa et Murzino, confirmatio venditionis ville Lagewniki.

In nomine Domini amen. Nos frater Henricus de Zenge commendator Niesinensis, notum facimus universis presentium notitiam habituris, quod constitutus in nostra presentia Philippus haeres de Lagewniki, confessus est et publice recognovit, quod ipse venerabili in Christo patri domino Mathia divina et apostolica sedis providentia ecclesie Wladislaviensis episcopo, partem hereditatis eiusdem de Lagewniki, que olim etiam fuerat obligata, in decem marcis denariorum monetae Torunensis pignori obligavit, hoc adiuncto, quod idem Philippus, vel quicumque successor eius legitimus, partem eandem hereditatis redimere possit, data eadem pecunie quantitate quocumque. Quam obligationem nos commendator predictus admittimus, et eam ratam habentes tenore presentium confirmamus, promittentes quod de eadem parte hereditatis eo tempore, quo eam predictus dominus episcopus, aut sui successores in obligatione tenebunt, nos et successores nostri nullum eius ducate repetemus. In cuius rei testimonium presentes literas fieri fecimus, et nostri sigilli appensione roborari. Datum in Niessewa tertio Nonas Januarij, anno Domini millesimo trecentesimo trigésimo octavo. Presentibus discretis viris Thoma de Brenna iudice Iuveniladiaviensi,

Prubislao

1038 p. 2. d. 1038
1038 p. 2. d. 1038
24
25
Gribistas de Cobeliez, Bartholomaeo de Wisohastinecz,
Alberto de Lypie, Nicolao de Grabie cum aeteris fili
de dignis.